

Aduertencias para

& decretis literas huiusmodi ac deinde secreta quæcunq; auctoritate Apostolica tenore presentium approbavit, confirmavit & innouavit. Nec non omnes & singulos iuris & facti defectus [si qui forsam interuenerint] suppleuit. Illaq; omnia & singula perpetue & valide firmitatis robur obtinere & firmiter obseruari debere decreuit. Et nihilominus pro potiori cautela illa omnia quæ per præfatos predecessores suos, ac Imperatores Reges & Principes, ac illum, & Sedem eandem præfato Ordini concessa statuta, & ordinata fuerint: etiam iuxta fauorabiliorem illorum interpretationem. Et præsertim ut pro tempore deputati Confessores Fratres dicti Ordinis Prædicatorum, huiusmodi omnium quaruncunq; Diocesum utriusq; sexus Christi fidelium ad eos pro tempore recurrentium Confessiones audire: eosque etiam in casibus quibus eis per priuilegia Sedis Apostolicæ, etiam per modum communicationis & extensionis quoruncunq; Ordinum hætenus concessum est, possint absoluerè: & singulorum Ordinum etiam Minorum Fratres quorum priuilegia eidem Ordini Prædicatorum sunt communicata & extenta absoluerè consueuerant, absoluerè ac penite-